

WALD

(A) Aabcdeffgh ...

Arosiæ :
1637

EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)*

* Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>



För 1200.
Kundens.


F 1700


1602 a

Latinsk abc-bok, Västerås

1637.







A abcdefffgh
iklmnopqrss
stuvwxz.

A B C D E F G H
I K L M N O P Q R
S T V X Y Z.


A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V W X Y Z.

A a b c d e f f g h i j k l
m n o p q r r s s t u v x y z.

A a b c d e f f g h i k l m
n o p q r s s s t u v x y z.

Vocales. *Diphthongi.*
a e i o u y. æ œ ei au eu.

Consonantes.
b c d f g h k l m n p q r s t x z.



ORATIO
DOMINICA.

Matth. 6.

DATER NO-
ster qui es in Cœ-
lis. Sanctificetur
nomen tuum. Ad-
veniat regnum tu-

um. Fiat voluntas tua sicut in
cœlo & in terra. Panem no-
strum quotidianum da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos
inducas in tentationem. Sed
libera nos à malo.

Quia tuum est regnum & poten-
tia & gloria, in secula secu-
lorum, Amen.

SYMBOLUM
APOSTOLORUM.



Creedo in DEUM
Patrem omnipoten-
tem, Creatorem
cœli & terræ.

Et in JESUM CHRISTUM
Filium ejus unicum DOMINUM
nostrum. Qui conceptus est
de Spiritu Sancto, natus ex Ma-
ria virgine. Passus sub Pontio
Pilato, Crucifixus, mortuus & se-
pultus, Descendit ad inferna,
Tertia die resurrexit à mortuis,
Ascendit ad cœlos, sedet ad dex-

A 2 te

teram DEI Patris omnipotentis,
Inde venturus est iudicare vivos
& mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum,
Sanctam Ecclesiam, catholicam,
Sanctorum communionem, Re-
missionem peccatorum, Carnis
resurrectionem, Et vitam æter-
nam, Amen.



DECEM PRÆ- CEPTA.

Exo. 20.

Primum.

Non habebis DEOS alienos
coram me.

Secundum.

Non assumes nomen Domini
Dei tui in vanum.

Ter-

Tertium.

Memento ut diem Sabbati
sanctifices.

Quartum.

Honora Patrem tuum, & Ma-
trem tuam, ut sis longævus super
terram.

Quintum.

Non occides.

Sextum.

Non mæchaberis.

Septimum.

Non furtum facies.

Octavum.

Non loqueris contra pro-
ximum tuum falsum testimo-
nium.

Nonum.


Non concupisces Domum
proximi tui.

Decimum.

Nec desiderabis uxorem eius, non servum, non Ancillam non Bovem, non Asinum, nec omnia quæ illius sunt.

De his præceptis omnibus, sic dicit Deus ibidem.

EGo sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: Et faciens misericordiam in milia, his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.



BENEDICTIO MENSÆ.

Psal. 145. v. 15.



Culi omnium in
te sperant D O-
MINE, & tu das
escam illorum in
tempore oportu-
no. Aperis tu manum tuam,
& imples omne animal bendi-
ctione. Gloria Patri & Filio &
Spiritu Sancto, sicut erat in prin-
cipio & nunc & semper & in se-
cula seculorum, Amen.

Pater noster qui es in caelis, &c.

Domine Deus cœlestis Pater,
benedic nobis & his donis
tuis, quæ de tua largitate sumus
sumpturi, per JESUM CHri-
stum Domînum nostrum, Amen.

GRA-

GRATIARUM ACTIO.

Ps. 104. & 6. Ps. 117. 135. & 147. v. 9.

Confitemini **DOMINO**, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Qui dat escam omni carni, qui dat jumentis escam ipsorum & pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neq; in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia ejus. Gloria Patri, &c.

Pater noster qui es in caelis, &c.

Gratias agimus tibi Domine
DEUS Pater per **JESUM**
CHRISTUM Dominum no-
strum

strum, pro universis beneficijs
tuis, qui vivis & regnas in secula
seculorum, Amen.



DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Matth. 28. Marc. 16.



Untes docete omnes
gentes, Baptizantes
eos in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spi-
ritus Sancti. Qui
crediderit & baptizatus fuerit, sal-
vus erit. Qui vero non credide-
rit, condemnabitur.

DE SACRAMENTO ALTARIS.

*Loci Scripturae qui hoc compro-
bant, sunt apud Matthæum, Mar-
cum, Lucam & Paulum.*

Apud Paulum 1. ad Cor. 11.

Sic habetur.



Ominus noster JESUS CHRISTUS in ea nocte qua traditus est, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit & dedit Discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnavit, accepto Calice, cum gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum. Hoc facite quotiescun-

cunq; biberitis , in mei commemorationem.



FORMA COMMEN-
DANDI SESE DEO ET
MANE ET VESPERI.

*Mane surgens, signabis te san-
cta cruce, & dices :*

In nomine Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti.

*Postea orabis Apostolicum Symbo-
lum, & Dominicam orationem.*

*Deinde addas hanc Precatiun-
culam.*

EGo ô Pater cœli & terræ, per
Jesum Christum dilectum tu-
um Filium, tibi ago gratias, quod
me hac nocte ab omni incom-
modo & periculo conservatum
custo;

custodieris, teque rogo, ut & hoc die mei curam agere velis, & cavere, ne in peccata aut alia mala conjiciar, quo tibi & vita & facta mea placeant omnia. Ego enim me, meum corpus, & animam meam, cum omnibus quæ habeo, in manus tuas commendo. Sanctus tuus Angelus nunquam à me discedat, ne quid Satan in me possit, Amen.

Vesperis cum lectum petis, eodem modo quo mane te signabis & orabis. Postremo addas hanc precatunculam.

EGO ò omnipotens & misericors Pater per JESUM Christum dilectum tuum Filium, tibi gratias ago, quod me hac die per gra-

gratiam tuam defenderis, teq; ro-
go, ut mihi omnia peccata condone-
nes, quibus te hoc die offendi, utq;
hac nocte mei curam agere, & de-
fendere velis. Ego enim me, cor-
pusq; meum, & animam meam,
cum omnibus quæ habeo, in ma-
nus tuas comendo, sanctus tuus
Angelus nusquam à me disce-
dat, ne quid in me Satan pos-
sit, Amen.

DEUS à quo sancta desideria, recta
consilia, & iusta sunt opera, da
servis tuis illam, quam mundus dare
non potest, pacem, ut & corda no-
stra mandatis tuis sint dedita, & ho-
stium sublata formidine, sint tua pro-
tectione tranquilla, per Dominum
nostrum IESUM CHRISTUM, Amen.

*Da pacem Domine, in diebus nostris,
Quia non est alius qui pugnet pro nobis,
nisi tu Deus noster.*



CANTICUM MARIÆ VIRGINIS

Lucæ i.

Magnificat anima mea Dominum.
Et exultavit Spiritus meus: in
Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ
suæ: Ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est:
& sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie, in pro-
geniem: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: disper-
sit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exal-
tavit humiles.

Esurientes implevit bonis: & divites
dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recor-
datus misericordiæ suæ.


Sicut locutus est ad patres nostros:
Abraham & semini ejus in secula.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui San-
cto, Sicut erat in principio, & nunc &
semper, & in secula seculorum, Amen.


N U M E R U S.


i	ii	iii	iv	v	vi	vii	viii	ix	X	xi	xii	xiii	xiiii
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
xv	xvi	xvii	xviii	xix	XX	xxi	xxii	xxiii					
15	16	17	18	19	20	21	22	23					
xxiiii	xxv	xxvi	xxvii	xxviii	xxix	XXX	xxx						
24	25	26	27	28	29	30	31						
xxxii	xxxiii	xxxiiii	xxxv	xxxvi	xxxvii	xxxviii							
32	33	34	35	36	37	38							
xxxix	XL	xli	xlii	xliii	xliiii	xlv	xlvi	xlvii					
39	40	41	42	43	44	45	46	47					
xlviii	xlix	L	li	lii	liii	liiii	lv	lvi	lvii	lviii			
48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58			
lix	LX	lxi	lxii	lxiii	lxiiii	lxv	lxvi	lxvii					
59	60	61	62	63	64	65	66	67					
lxviii	lxix	LXX	lxxi	lxxii	lxxiii	lxxiiii	lxxv						
68	69	70	71	72	73	74	75						
lxxvi	lxxvii	lxxviii	lxxix	LXXX	lxxxi								
76	77	78	79	80	81								
lxxxii	lxxxiii	lxxxiiii	lxxxv	lxxxvi	lxxxvii								
82	83	84	85	86	87								
lxxxviii	lxxxix	XC	xc	xcii	xciii	xciiii							
88	89	90	91	92	93	94							
xcv	xcvi	xcvii	xcviii	xcix	C	D	M.						
95	96	97	98	99	100	500	1000						


955



AROSIÆ Secunda vice
Typi Consistorij, An. 1687.









www.books2ebooks.eu